Man. N.o 4

Incipiunt Secreta D. Augustini [illegible]
Civis veneti ad Joannem filium

Fili mi Joes intellige dicta Philosoforum et arcana totius Philosophie naturalis. Et primo nota q corpora metallica a Phys vocantur lapides et ut eorum arcana intelligas.

Nota quod corpora et spiritus metallorum solent scribi sub persos characteres &c.

Aurum vocatur sol et scribitur per hoc signum ☉
Argentum vocatur luna et scribitur — ☽
Ramum vocatur Venus — ♀
Ferrum vocatur Mars — — ♂
Plumbum vocatur Saturnus ——— ♄
Argentum vivum vocatur Mercurius — dut sic ☿
Stagnum vocatur Juppiter — ♃
Sulphur vocatur Kibrit — 4 ubi sic ♀
Arsenicum vocatur sic ———
Sal armoniacum vocatur nasdir et agila et scribitur sic — ✳
Argentum sublimatum vocatur Zaybac et Zaibet
Cinabrum vocatur Usfur.

1. Et nota quod hoc signum ♃ est signum aque fortis phorum facte ex uitriolo salnitro, et cynabrio, ut continetur in apertorio Magistri artis generalis de magni lapidis compositione, et operatione qui liber incipit Studio namque florenti Physico. Et nota bene quod ista aqua est arcanum omnium arcanorum phorum; quia ipsa soluit corpora et fixat spiritus et reserat omnem elyxir phorum, qui elyxir uocatur uenenum phorum; id est lapis phorum. Et scias quod causa occultandi hanc aquam Philosophus qui docuit eam facere, nominat vitriolum, sulphur viride, et salnitri, sulphur album et Cinabrium terram rubeam ponderosam. Et alij uocant vitriolum et tramentum et salnitri, anatro, et et sal petra. Sed ut arcanum maximum huius benedicte aque ad plenum agnoscas; Aduerte quod ista aqua à Philosophis uocatur aqua uite, Aer, ventus, spiritus, Acetum, oleum extractum à sulphure et Mercurius, et pluribus alijs nominibus et hoc totum

ut

ut occultarent eam, et similiter nota fili mi al
ud secretum Physicum, scilicet hoc verbum sub
lire, quia sublimatio Physica non est subli.
vulgi, quia in opere lapidis idem est subli
mare, quod est distillare, neque scias quod
sublimatio est vere distillatio in opere lapi
dis; sicut in alijs modis sublimatur aliquid
per alias medicinas, quae non sunt lapis
Phylosophorum, scilicet modo isto.

Modus et practica sublimandi
sublimationis vulgaris.

Accipe rem, quam sublimare intendis, et in
corpora cum tantundem salis Armoniaci vel
cum quo tibi videtur, et pone in botia vitri
bene lutata luto sapientiae, et colloca in furno
suo, et da ignem mediocrem primum, et pos
tea fortiorem per noctem vel donec subli
metur. Sed tibi consulo fili mi si laborare cu
pis in hac arte, quod in primis studias semitam
rectam Alberti magni, quia ipse valde bene
docet sublimare, calcinare, et distillare, et

Et similr̃ Geber in summo sua. sed Albertus
Magnus in uno suo libro de mineralibus qui 4.
incipit. Calistenus unus de Antiquoribus post
Hermetem calcinandi corpora uerum modũ #
docet, quod est istud.

Practica calcinandi corpora

3 Calcinatio uero corporũ ad hoc fuit ut in par
tes subtilissimas dissoluta propter, possint
in profundo sue substantie accipere imbibitionem,
ac cibationem competentem ad opus nr̃um.
Omibus uero corporibus calcinandi facilior mo
dus est ut corpora laminata laminis attenua
tis ungat' oleo cõi non preparato et sulphur
aut Arseñ. sup' aspergantur et sic in uase
calcinationis ponat' quod quidem factum sit
de subtili et forti luto sapientie, et fiat 5
forme campane, aut in crucibulo magno
uel paruo; secundum quantitatem corporis, #
quod calcinare cupis et has bene prius coo
periat' cum coopertorio terreo bene lutata
et disiccato et ita in ignem fortem ponatur.

Calcinatio veneris

4 Si igitur veneris laminas accipiens tenues oleo communj munctas et desuper aspergens Arse.ᵐ pulverizatum et modo dicto, in vase calcinationis ponens, accipiesque calcem istam et cum aquis acutissimis imbibens sub cum aceto distillato fortissimo et eam siccavens et ultimo cum sale Armoniaco septem vicibus imbibens et exiccavens cum lento igne et demum ad solvendum ponens cum fimo equino; solutu vero postmodum congelavens super cineres lentos, erit venus optime purgata ad Lunam.

Calcinatio et praeparatio Saturni

5 Similiter si plumbum calcinavens desuper aspergendo sulphur et calcem imbibitam aquis acutis exultimo iterabis cum aqua salis armoniaci 7.ᵐ vicibus et sub fimo ponendo ad dissolvendum et solutum congelavens super lentos cineres erit Saturnus sic pre

paratus ad elixir rubeum. Sed nota fili mi
quod hec preparatio seu calcinatio fit pro
quibusdam medicinis, que solum tingunt,
sed non dant pondus sive in album, sive in
rubeum tingant. Et ideo pred. corpori
bus veneris et saturni preparatis appone
de tintura aquam preparaveris. Ex. de alba
applicatione veneris et de ruber saturni,
coniudebis ipsem tuam in comune aureum,
vel argentum colorem eo conuertam.
Verum tamen modum permiscendi elixirm
tinctura cum eiusmodi corporib. preparatis
ut ex eo tingantur ut, liquefactione
vel solutione fiat hoc modo videbis Ex. si
laquefeceris aut solueris corpora preparata
in permixtione tincture, et forsitan est unus
modus in ōibus capitulis secundum prece
dentes operationes sub diuersis respectib.
Causa vero malleabilitatis, in corporibus
artificiatis vel tincture est q. humidum
eorum non euolans nec adustibile, sed naturale
vehementer est sue terre imbibitu, et inclusi;

ita

ita quod neuter dimittit socium suum, sed se
cum vadit quocumque uterque trahebatur, vel duca-
tur. vide ergo diligenter in compositione
elixir, ut calcem tuam oleo sulphuris subli-
mato, et sufficienter imbibens, et cimentans
ex eo, ne veniat humidum super calcem,
aut calx ab humido distilletur, et dispergatur
ne cohereant sibi invicem partes eius ca-
usa gravitatis in corporibus solis, et saturni
est multa condensatio partium ipsorum, et
profundatio earum ad centrum totius. Cum ergo
pondus augere volueris corporibus calcem
ipsorum aquis acutissimis fortissime imbibas,
et cimentabis ex eis quae constrictiva sunt ut
ex aquis sorbarum, et prunorum, et morumque
silvestrium. Dico quod calcem lune, et in solem
tingendam praeparabis, ut [illegible] aequi
materie eorum sunt valde propinque, et ideo
oportet mutare nisi pondus et calorem
mutatione. Et calcis eius debito modo prae-
cedente ut supra. Et nota bene quod dixit Thomas

de Aquino dicit in libro suo De Arte Massetica [?] Reali. Ubi docet facere lapidem p[h]ilosophorum de sulphure sup[er] Mercuriu[m] pars una sup[er] mille quod si proieceris de illo auro parte[m] unam sup[er] decem Saturni purgati ut docet, convertet ipsum in optimu[m] solem, quod mirum est q[ui]a una pars tingit decem, et ut ad plenum o[mn]ia intelligas, sciendo q[uod] in multis p[ar]tibus intrat calx solis unde modum calcinandi ipsum solem in hoc passu facere non pretermittam qui talis est.

Practica calcinationis Auri

6 Aurum foliatum unges cum oleo co[mmun]i, et sup[er] sparges sulphur pulverizatum et in crucibulo, fac ut supra dictum est, calcinari. sed non oportet imbibere, q[ui]a tunc habes calcem solis in pulverem minutiss[imum].

Alius modus calcinationis auri.

7 Auri limature partem unam amalgamabis in ii cum tribus partibus Argenti vivi super lentum ignem tantum. Ut Mercurius ferme

at

at, et vol liquefiat ut faciunt auri fabri ad deaurandum. tunc accipe hoc amalgama et contere super lapidem marmoreum cum parte una sulphuris canellati, et pulverizza ti donec incorporetur sulphur cum amalga ma cum modico aque fortis et postea pred. amalgama sublima et hec est bona cal cinatio Solis.

De calcinatione atramenti vitrioli

Accipe atramenti hoc est vitrioli quantum vis, et super marmorem pulverizza ut sit bene tritum et pone in ollam terream usque ad medium, vel quasi ad summum, et cum coperto et argilla bene claude, et dissiccari permitte et pone in furno calcinationis, et da ignem primo lentum per tres horas, postea fortiorem donec rubescat olla et in tali calore permitte continuando per diem, et noctem, caue tamen ne liquefiat pre nimio calore postea permitte infrigidari et extrahe

et habebis atramentum rubeum .i. florem
atram:ti seu a q.o spiritum, et qui solutum fue
rit tunc rubefiunt in eo spiritus et corpo
ra colore rubeo, quem nunquam dimittunt.

De Calcinatione viridis aeris

9 Viride aes etiam calcinatur, quia valet super omnia
ad istam artem, quod sic preparatur. Pone
ipsum bene pulverizatum in + aut in
forte vase terreo, et cum cooperto, et argil
la vel luto sapiente bene obturabis, et
calcina in furno reverberationis s. quod
flamma ignis reverberet undique vas, quia vult
per dies .2. et noctem unam magnum ignem
antequam calcinetur et fiat rubeus. Certum
quod viride es vult ignem in duplo,
plusquam atramentum antequam calcinetur, et
fiat rubeus. Quia necesse vigore coloris ad
hunc non est calcinatus donec sit rubei coloris

De furno calcinationis et
distillationis.

10 Et alia que furnus calcinationis potest esse
furnus distillationis s. modo isto debebas

capellu' de furno in quo ponunt cineres cum bocia
ad distillant, et in furno pone tripodem ferri,
cum tripodem ponas ollam cum atamento et
claudas furnum superius ubi stabat capellum dis
tillandi cum lapidibus et argilla, idest cum
luto sapie cum quo fiunt forme companat,
et cave ne facias aut fabrices aliquo furnum,
cum calcino quia non durat ad ignem, sed in
luto predicto quia sostinet ignem, et fieri
debet ut fiunt fornaces intranior, et cum
illis lapidibus et cum tali argilla tunc bene
clauso furno impone carbones per os furni,
qa furnus debet habere os suum in parti
ete anteriori furni, quod in fiendo in fu'
do furni sit alcum et amplum per medium
palmum ut valeas immittere manum tuam,
et imponere carbones et ad ignem ut debitum est
de attramento. sed primis calcinare tunde a'
ad ignem carbonu' per 3 horas, postea fac igne'
cum fustibus et flama, undique reverberet
vos per 2 dies et unam noctem vel donec

fuerit rubei coloris, qui calor nunquam destruetur.
Et quando solvitur in aquam tunc indissolu-
bricantur, super se corpora et ipse est unum
de recipientibus spirituum, et ideo sunt secre-
ta multa ut testatur Albertus magnus in semi-
ta recta sua. Et scito quod non sine quare di-
cit quod ideo sunt secreta multa, quoniam
verum est, quia ut dicit est unum de recipien-
tibus spiritum. R. quod si ita rubeus calcinatus
pulverizetur, et cum aqua fortis solvatur
retinet in se spiritum aque fortis, et ideo solven-
do et congelando, et quartam partem fermen-
ti sibi addendo potest componi medicina op-
tima ad rubeum. ÷

Alius modus calcinationis, et furnj reverberationis

11 Est enim alius modus R. in furno reverberationis
facto cum tribus solarijs et est furnus longus, et in
primo solario ponitur ignis flamme cum lignis
longis in capite furnj, et ignis intrat per foramen
factum in capite secundi solarij amplum
per

per medium palmum, et sic reverberatur super secundum solarium, et subtus tertium, et flamma exit per os sec.ᵈⁱ solarij, quia furnus debet habere duo ora in uno capite, et in alio capite debet esse bene clausum, ora autem furni sic stare debent. Primum os debet esse infra primum et secundum solarium 2ᵐ os debet eē infra secundi et 3.ᵗⁱⁱ solarium. In p.ᵒ igitur ore furni ponitur ignis in capite furni, ut intret per foramen secundum solarij, quod debet eē in capite eius ubi est clausum. In secundo ore furni ponitur tartarum sup secundum solarium, et ignis debet eē primo lentus postea debet fortificari modicum, et post modicum et continuando, quousque tartarum fit album ut nix. Et similiter poni possunt aliae res calcinandae. Sed quia tartarum est preciosius in arte nostra, et quia nō invenitur in omni loco furnus reverberationis, ergo oportet tibi dare magnum ignem docebo te alr calcinare.

Alter modus calcinationis ubi nõ
adest furnus reverberationis

12 # Pone tartarum in olla terrea forti et bene obtura
ta ut dictum est de atramento et pone sup
tripodem ferri in furno distillationis et non co
operias furnum sed pone sub tripode fer
ri carbones accensos; sed primū diem et si
militer ponas sup ollam carbones accensos
sed primum diem sit ignis valde lentus pos
tea per noctem fortior in dusglo et infrigidato
vase, si tartarus est album ut nix, bene
est; sin autem da ignem per duos vel tres
dies et noctes quousq; sit albus ut nix et 14
similiter facias de viridi aeris quousq; fiat
rubeum.

Mod. calcinationis terrę nigrę S.
Thome de aquino ß Antimonij Ind. meo.

17 Si autem debes calcinare terram nigram lapi
dis S.ti Thome de Aquino quę terra est
sulphur non urens consulo tibi eam pulveri
zes et ponas in [illegible] magno ad quantitatem ignis
et bene obturato lutato et desiccato ponas ipsu
super

super tripodem ferri, et furno bene cooperto et clauso cum forti argilla, ut dictum est, da ignem primo lentum per medium diem, postea fortiorem cum flamma, quae reverberet undique vas per dies tres et noctes tres, quousque fit alba ut nix, et si non esset alba, tunc calcina eam inter carbones, ut dictum est de tartaro.

Modus verior, et dignior ad vulgares; sed Philosophi calcinat. corpora perfec-
tora pro lapide Philosophorum

Quia tamen loquti sumus de calcinatione, quae multum est necessaria in hac arte. Ideo ad veram calcinationem, et ultimam opinionem philosophorum veniam, quam probare intendo, primo per Magistrum artis generalis. Secundo per Albertum Magnum, quia omnis impregnatio et compositio fit ex corporibus crudis, et non calcinatis, ut quidam fatui putaverunt, propter quod fuerunt decepti in multis, neque hoc est contra illud, quod infra dicendum

est de terra rubea calcinata, quod postea
solvetur, quia certissime vera sunt
aque, in quibus debet solvi sine dubitatione
aut ulla calcinatione vulgari solvetur,
hec ~~Raimundus~~ ~~Lullus~~ de Insula Maiorica
nem vatico apertorio de magni lapidis
compositione, et operatione in fine cap:
de dispositione denigrandi. Filij mi diligen
ter intentione magistri artis generalis,
que est ista ne saltem in opere lapidis
laborare incipias cum corporibus crudis, nõ
aut calcinatis calcinatione vulgari. Ideo
sumas lunam tuam, et salem suum, cum quibus
laborare cupis et ista corpora sint cruda,
et non calcinata, sed sint subtiliss.e foliata
aut saltem minutiss.e limata, et sint prio
de cinericio, et decemento purgata. Et fac
aquam Philosophorum isto modo videlicet
de vitriolo, salnitro et cinabro ut infra di
cemus loco suo, cum qua aqua docebo
te calcinare corpora in opere lapidis phorũ
et ista erit vera calcinatio philosophica

et

et primum opus lapidis, secundum vero erit,
quod sequitur ipsorum corporum sic calcinatorum
Phylosophica solutio que debet fieri cum
eadem aqua; et ideo dixi nec est contrarium
quod ipsa dicenda est de terra rubea calci
nata, quod postea solvitur. Tertium sequi
tur distillatio, que fit cum hac aqua ut
dicemus postea in opere lapidis. Quartum
sequitur cineratio, et ista est ultima cal
cinatio, que fit in opere lapidis ut probo
babo per Albertum Magnum in uno libro suo
de Mineralibus, qui incipit Calistenus unus
unus de Antiquioribus post Hermetem, et hoc
tibi noto quia plures libros mineralium
scripsit, in quo libro sic ait. Ars enim nature
ministra est, non enim ars facit aurum
per salam manum artificis sed natura,
mediante tamen ministerio et ingenio Artis.
Processus itaque verissimus huius artis et in ma
gisterio operans omne palam, que sunt qua
tuor, unde sublimatio, solutio, distillatio

et calcinatio, cum ablutionibus, solutionibus, distillationibus, et calcinationibus premissis. Hunc filij mi diligenter intelligas dictos duorum philosophorum diversa, q tamen unum et idem sunt v3. q ~~Raimundus~~ vocat primum opus lapidis cineratione, et Albertus magnus vocat primum opus lapidis sublimationem et alter calcinationem; sed nota illud quod postea statim subiungit v3. cum ablutionibus et solutionibus, distillationibus, et calcinationibus premissis, quod idem est, quod omnis ablutio fit cum aqua, et prima calcinatio ~~Raimundi~~ fit cum aqua, quod idem est, q abluere est sublimare. Quia sublimare Phylosophice loquendo nihil aliud est q rem grossam subtilizare, et nobilem facere, et hoc fit cum aqua Phylosophorum. Sed quare ipse vocet calcinationem est hoc quia cum hac aqua corpus crudum fit pulvis, et molle sicut calx et postea citius solvitur, et eam fortiori aqua; sed cum ipse dicit, si aqua esset vera, idest fortis corpus solveretur

sine

sine calcinatione aliqua, et haec calcinatio
non est necessaria, nisi ut corpus melius
soluatur, sed tunc veniamus ad veram cal
cinationem, quam ~~Raimundus~~ appellat
cinerationem, et est ista &c.

De cineratione ult.a operationis
lapidis

Post multas ablutiones, solutiones, distillat.es
et coagulationes, tunc fit calcinatio, quae
cineratio nuncupatur, hoc modo, quando
intelligis calcinare vel cinerare pone me
dicinam tuam in suo vaso vitrij ad distillan
dum in cineribus. Primo cum igne lento et
suavi per diem et noctem, secundo die
augmenta ignem in dupplo modicum post
modicum et non subito, et hoc per duos
dies et noctes. Tertio die adhuc augmen
ta ignem in dupplo modicum; post modicum et
non subito et hoc per quatuor dies et noctes,
vel donec medicina optime calcinetur et fiat

fiunt cinis. Et ideo hec operatio, Cineratio nun
cupatur, quod idem est, quod calcinatio vel fiat
sicut similitudo sanguinis combusti, aut zaffa
rani sicci et hec calcinatio vel cineratio fit
ut spiritus aque melius figentur, et non fugi
ant ab igne, sed fiant unum cum corpore,
et corpus postea citius solvitur, et magis
bibit de spiritu aque. Ergo fili mi dilecte,
in opere lapidis, ingenio scribitur, solve, dis
tilla, congela, et ultimo calcina intelligas
hanc calcinationem esse veram assationem
seu cinerationem, quia idest calcinare, et cinera
re quod valde bene assare. Ergo semper in ulti
ma distillatione, in qua tu debes calcinare, assa,
et decoque valde fortiter, et ista est calcinatio
vero, sed intelligas hanc calcinationem fieri
debere super medicinas corporum non autem
super medicina spirituum. Quia quatuor
sunt spiritus scilicet Sulphur, Argentum vivum
Arsenicum, et Sal Armoniacum, et sex sunt cor
pora, Sol, Luna, Mars, Juppiter, Venus.
et

ex Saturnus, et ideo oīs medicina, que fit ex cor-
poribus debet calcinari ut dictum est. Sed medi-
cine, que fiunt ex spiritibus debent calci-
nari in furno calcinationēs ut continetur in
medicina S.ti Thome de Aquino, que fit
de sulphure, ut tibi videbimus inferius in
isto libro. Iam ergo mihi videtur de calci-
natione corpor et spiritum tibi fili mi
dilecte satis notum fecisse. Ergo laudo
Deum in hoc modo, quod dixi tibi.

Tractat de solutione, et distillat.
ne lapidis Phylosophor

Fili mi dilecte, postq iam tibi notum feci de
vera calcinatione seu cineratione Phylosophor
quod est primum et ultimu opus lapidis. Et
quod dupliciter potest intelligi vel primu
opus sm ~~Raymundum~~, et ultimu opus sm
Albertum. Ideo necesse fuit in uno et eodem
capitulo tractare de ambabus. Sed nihilomi-
nus scire debes quod primum opus lapidis

est calcinare sm̄ ~~Raymundum~~, et sm̄ Albertum
est sublimare uel abluere (quod idem est) et
sm̄ lapidis opus est soluere, et de hoc dicendū
est. Solutio ergo sic fit. Accipe dragmā unā
corporis calcinati, cum Aqua facta de ōn duo
decim uitrioli, et ōn nouem salis nitri, et ōn
9. Cinabrij, si est ad rubeam, et super illā
dragmā distilla Aquam adhuc fortiorem
uts factam de omnibus tribus speciebus p̄tis
ar ōn duodecim, quia prima aqua cal
cinat secunda dissoluit. Et scias quod quelibet
dragma uult duas aquas et uase bene obtu
rato cum ante notorio super posito, et bene
lucato, et condicato, et postea cum cera, et
ferro calido bene incerato, ut lutum non
putrefiat ab humiditate fimi uel balnei.
Tunc ponendum est in putrefatiōne per ui
ginti dies in fimo equino calido; aut in
balneo marie, et corpus cum aqua soluatur
et soluto quod solui poterit extrahatur
mundum et clarum, tunc aquam residentem

et

et ad partem munde ponatur miale vitri
bene obturato et residuum quod solutum
non est debet calcinari incineribus in igne
suavi et postea mediocri distillando evaporan
do ut levius et citius solvatur. Deinde proce
de cum nova aqua distillando, ut dictum
est, quousque tota u.am uncia corporis tu
bei solvens in qua a vino et clara. Postea
solve corpus album calcinatum cum aqua
de uncijs 12. vitrioli et on 6. cinabrij
et on 6. salis nitri, ac cinabrij ad on. 9.
quia ista dissolvit corpus album in aqua
celestina et alba id est clara, sine aliqua
residentia. Tunc faciendum est verum ma
trimonium Phylosophorum 13. Masculi quod
est corpus Rubeum et Femine quod est
corpus album, simul coniungendo ambas
aquas &c an. de utroque ita quod tantum
sit de corpore rubeo in pondere quantum
est de corpore albo et tantum sit de aqua

alba et celestina, quanta est aqua Rubea et simul commixtis ambabus aquis procedendum est ad distillationem hoc modo:

Pratica distillationis, que est 3.ᵐ opus philosophorum

Distilla predictas aquas simul commixtas in botia vitri cum ore largo, quasi orinalis, et botia subintret in alembicho per duos digitos et incolla, vel luta alembiccum super botiam cum bitumine facto colla facta ex sub tili farina frumenti parte una et aque frigide partibus duabus, vel minus donec farina et aqua sit sicut lac valde spis sum et pone super ignem in sartagine, et cum cocleari ligneo semper agita quo usque fiat spissa et dura sicut pasta panis tunc dimitte infrigidari quia nihil valet calda, et tunc petijs lineis agita per ma num istam collam ut bene penetret pe tias lineas undique, cum quibus petijs

postea

postea sic impastatis circunda botram ubi iace
re debet alembicus, et tum supponas, ut bene
astringatur, et petia sit larga et ampla ne pos
sit sursum revolui circum circa os, et collum
alembici. et postea cum una alia petia linj
undique bene lutato cum dicto bitumine, nel collo
circum circa os alembici in conctaris sup botia
adeo ut bene claudatur ne respiret, et ne spus
aque exalare possint, et valde bene desic
cari permittatur per diem, et noctem, primo
ad umbram, ut solo modicu induretur, postea
solem per duos dies vel plus, ut valde be
ne dsiccetur et postea circumdetur, et coope
riantur petie linee iam inolate, et de nouo
cum cera comunj, et cum spatula ferri bene
calida super ceram ducendo, ut bene pene
tret et bene inceretur, et hoc ideo quia huius
modi distillatione oportet fieri in balneo
et in diu noribus et ideo oportet omnino incera
re ut dictu est, ne balnei humiditas

possit offendere sigillum factum de colla fa
rinacea. Tunc igitur bene incretatum pone
ad distillandum in balneo marie. Vz. in furno
lampadis pleno aque et stramine, qui
furnus debet esse de Rame, et non nimis ma
gnus, et ita largus, et amplus, quod quan
do botia est in eo posita circum circa botiam
sponde furni sint large, et distent à botia
per duos digitos et non plus, ut botia pos
sit circumdari cum stramine, aut pa
lea putrida, et similiter sub fundo botie
per duos digitos, et nota quod oportet
ligare botiam super pectijs inceratis cum
bono spago et postea ad anulos furni; itaque
furnus debet habere duos anulos ferri par
uos factos in capite furni, alter ad latus
dexterum, alterum ad sinistrum, ut botia pos
sit bene ligari, et stet valde firma, tunc
pones aquam calidam sup stramine in furno
usque apud pectias incollatas ad unum digitum

et

et caue tn̄, ne aqua, uel stramen tangat pe
tras incollatas, quia mollificaret eas, et perde
res totam aquam lapidis et maxime spiritus
quia exalarent propter fortitudinē suam. po
nam igitur aquam in balneo tunc ponas ignem
olei cōmunis subtus furnum in lucerna Phylosopho
rum facta de lata alba duppla, et pedi, uel
de Ramo alta per semissem plena oleo. et
primus ignis sit de duobus melioribus filis bam
bagis, et cum isto igne distilletur, quousque dis
tillari potest; postea augumentetur ignis de
quinque aut sex filis bambagis, et cum isto
igne perficiatur tota distillatio, quousque
distillari potest et ualde bene assetur cū isto
igne proprie et nō cum alio, et caue ne tan
gas ignem carbonum in ista prima distilla
tione; sed nota q quando incipit distillare,
tunc primā aquam idest flegmā debes abij
cere quia nihil ualet usque quasi ad unum
uasum paruum uel donec aqua distillans

et cadens super laminā ferri, aut cultelli que
sit modicum calida, ipsa aqua bulliat, et
tingat laminam, q. si ita facit tunc ponen
dum est receptaculum uitri cum collo longo
et stricto in quo intret rostrum alembici et
bene astringetur, ac lutetur, ut dictum est
cum petijs lineis, et bitumine farina frumenti
sed nō oportet superius cessare, lenta q.
distillando aqua balnei exhalat per calo
rem ignis. Ideo tibi necesse in mane, et sero,
adiungere aquam calidam, et caue ne unq.
adiungas aquam frigidam, quia uas uitri
idest botia frangeretur, et totum opus perde
retur — Distilla ergo totam aquam in recep
taculo cum collo longo et stricto et corpore
amplo et rotundo, seruetur bene obturato
et medicina extrahatur de botia illa et
ponatur in uno receptaculo cum collo
longo et stricto et corpore rotundo sed
non ita magno sicut fuit illud quod
habet habet aquam, et in isto receptaculo
ut

ut continetur in opere lapidis, quod dicen
te tibi scribemus post practicam laboran
di, quam modo sequimur laboratur la
pis iste. Ecce igitur fili mi dilecte q
nunc habes primu modum laborandi, idest
distillandi in opere lapidis corpora mediâ
spirituum, quia spiritus non distillantur
in balneo, sed in cineribus ut inferius de
scribemus. Sed quia magnum est secretum dis
tillandi in balneo ideo tibi notifico q omnes
tinturas extractas à corporibus cum aqua
forti uel aceto distillato nullo alio modo
potes bene separare ab equitate sua nisi
in Balneo, ut dictum est, cum igne mani.
Et nota quod quando debes distillare cum
igne mani oportet distillare in urinali
uitreo cum alembico amplo super posito,
uel ad larga et ampla in ore quasi ueluti
urinalis secundum est quia sic humiditas habet

bargibadinem uaporandi cum paruo igne et leuiter ascendit. Sed si botio sit sericeo inire, tunc humiditas non ascendit nisi cum magno igne et si ignis est magnus tunc facit exalare etiam tincturam simul cum humiditate et sic non posses separare unum ab altero et perditur tinctura.

Ideo fili mi si scandes inseparare quanti tabem ab antimonio extratto cum aceto distillato in fimo equi calido per dies 40 in ampolla bene sigillata, quia hoc est oleum secretissimum si ceneris opportet distillare in urinali vitreo per balneum totam humiditatem et postea in cineribus cum igne carbonum primo lenem, postea fortiore quousque distillari potest; sed oportet quod alembicus lutetur cum alio luto fortiori contra ignem, quam quando distillatur acetum aqua tentura in balneo cum igne paruo de duobus filijs barbagij,

tunc

tiene non est necesse isti modicum luta
re alembicu cum uno solo pezio tex.
et bitumine et quando acetum distillatum
est, tunc cum aqua valde calida balne
atum ei tieto molificatur, quod poteris
extrahere alembicum et sic tenim ponere
de alio aceto tieto in orinal ad exalan
dum modicum oleum, sed post totum
acetum tinctum evaporatum est et tinc
tum infundo orinalis est, tunc extralas
alembicu, et cum luto cum forti luto fac
to ex farina vitri et radice Lilij Albi
que radix est sicut cepa et valde alta
interius sed utrinque exterius ei tieto fit.

⊏ lutum ex farina vitri et
radice lilij cum igne cinere

Accipe vitrum et subtilietur, aut tam subti
latum quantum subtili haberi poteris et sit

album, et mundum, et eum in mortario me
tallico bene pista et postea tamisa ipm
subtiliter super marmorem, ut sit sicut
farina. Postea accipe de ista farina, et
una radicem lilij albi, que sit munda
et in mortario simul bene pista, et
simul incorpora, ut sit sicut pasta, et
cum ista pasta sine aliquo addita mento
luta circum circa urinale ubi iacere de
bet alembicus; sed nota quod urinalis
debet intrare in corpore alembici per
duos digitos vel plus, et bene lutato uri
nali tunc subito et cito super ponatur
alembicus, quia lutum istud tam cito
induratur et desiccatur si statim non
ponatur in opere. Ideo statim suppo
sito alembicho cum dicto luto, luta
circum circa iuncturam alembici super
urinali et ore alembici, et undique bene
obturetur, et bene luteetur ad spissitudinem

unius

unius digiti et ad umbram detineatur per diem et noctem, postea ad solem per alium diem. Et nota bene quod istud est magnum secretum quia tantum laboravi, et numquam inveni aliquod luti quod non crematetur per fortem ignem nisi istud. Ergo bene lutato vase ipsum cineribus usque apud lutum prope unum digitum. Sed caveas semper in qualibet distillatione ne usque cineres tangant lutum usque ad unum digitum prope, quia per magnum ignem crematent lutum. Ergo posito vase in cineribus tunc pones receptaculum, ut dictum est, cum cera parte largo more ita ut quod nasus alembici quod a Philosophis vocatur cornu, cum possit intrare in dicto collo receptaculi per quatuor digitos prope corpus

et os suum bene lutetur, et bene claude
tur cum naso alembici, et hoc modo nō
cum luto farine uitri, sed cum luto
farine frumenti, et caueas ne corpus
receptaculi tangat furnum distillatio
nis, sed sit distans large ab eo quantū
plus possibile est, et hoc ut oleum
aut aqua distillans in receptaculum
per calorem furni nō exalet, aut fugi
at de receptaculo. Et hoc est notandū
in qualibet distillatione cinerū propter
magnū ignē, sed non in balneo marie
nisi balneū esset de igne carbonum
quia aliquando per uasa, sonitus in
ore oportet distillare in balneo cum
igne carbonum, et hoc fieri potest in eal
dario rami magno, uel paruo secundū
quantitatem uitri, posito super tri
podem ferri circum circa, quasi ut furnus
det subtus caldarium carbones ardentes
Ergo

Ergo luto receptaculo, tunc ponendus
est ignis carbonum primo lentus per
diem, postea modicum augumentando
et ascendet primo humiditas aceti
que remansit cum tinctura infundi
orinalis. Et ideo non debes lutare ad
hunc receptaculum quousque totam humi
ditatem aceti primo distillaveris à
tinctura et hoc cum igne suavi quousque
nihil amplius distillet cum illo parvo
igne. Et tunc debes mutare recepta
culum, scilicet extrahere illud, et ponere ali
ud mundum et pulchrum quod debes
valde bene lutare cum petiis lineis
et luto farine frumenti ut dictum est
supra. Et adverte bene ut in qualibet
distillatione [illegible] nasus alembici unde
distillat aqua intret in collo receptaculi
quod corpus debet esse largum et

amplum, et rotundum, et collum debet ēē
longum et strictum ut bene attribuetur
cum vaso alembici. Et tunc ignis au
gendus est modicum post modicum
quousque videbis per rostrum vitreum
alembici quasi mille venulas benedic
ti mineriae descendere per guttas
rubeas recte sicut est sanguis, quē
Benedictum liquorem collige ad par
tem et serva in ampolla vitri bene clau
sa et sigillata idest in uno alio recep
taculo parvo secundum quantitatem
olei bene obturato et lutato ne respiret
et ista sigillatio fieri potest cum panno
lineo et mastice ad ignem fuso vaso
vitri quia mastices valde cito fundi
tur ad ignem, et sic facti poni possunt
ad incolandum vasa quelibet pro aqua
servanda, sed si oportet ponere vasa ad
ignem vel in putrefactione nihil valent
ultra

ultro adeo nihil operabens cum eis, justi
ad obturandum aquas servandas usque
intensius operis tui. Notabis bene quod
quando distillatum est oleum plumbi,
et quod nihil ulterius distillat, tunc sub
ito cum petiis in aqua communi calida
bene madefactis circum circa collum re-
ceptaculi involve, eosdemque desuper bal
ner cum aqua calido, et ita dimitte stare
per mediam horam vel minus, et petias li
ni bene madefactas, ut leniter extrahi
possint aufer cum discretione, et statim
cum ante notorio vitri (quod debet in
trare per quatuor digitos in recepta
culum, et ita gracile in uno capite quod
possit intrare in os receptaculi ut dictum
est, et in alio capite debet esse ita grossum
et rotundum quod nullo modo intrare possit

miolum receptaculi, nec ratio uas ipsum cade
re et frangere ipsum quare leuior deleret
quod Deus enerbat, quia et Dexanus prei
onimus claudatur cum pecijs lineis et matti
ce ualde bene in iuncturis uirum circa ate
notorum rebus receptaculi ut dictum est, et
sic semandum est usq. in tempus operis.
Et nota bene q. similiter potes obturare
um ante notorio et pecijs lineis impastatis
cum ollo farine framenti, sit recens
de uno die aut duobus ad plus quia nihil
ualet in tertio die. Ratio quia fit mol
lis et liquida nimis. Ideo semper obturo
bis cum ea recente, et frigida quia ca
lida nihil ualet, et hoc expertus loquor.
Et similiter nota quod nunq. debes at-
quem receptaculum lutare pro distillando
aquam cum luto farine tritici quia lu[tum]
induratur quod non potes extrahere recep
taculum. Et ideo oportet dimittere vinale

lutatum cum dicto luto ad mollificandum
in aquam per x. dies donec lutum mol
lificetur quia hoc lutum interum quanto
maiorem et duriorem habet ignem, tan
to magis induratur. Et ideo in qualibet
distillatione cinerum debes semper di
stillare cum hoc luto vitri. sed in balneo
marie melius putrefactione nihil valet
et ratio est quia mollificatur ob hu
miditatem; et in cineribus est mirabile
quia induratur ~~per~~ per caliditatem et est
secretum maximum quia retinet spiri
tum aquarum ne fugiant in distillatione.
Et ideo diligenter adverte quod quando
vis facere bonam aquam philoso
phorum tunc oportet lutare cum isto
luto sapientie vitri et modo isto.

Modus, et pratica distillandi aquã fortem per lapidem Phylosophoz

19 Accipe ℥ 12. sulphuris viridis et ℥ 6. sulphuris albi, et ℥ 6. sulphuris rubei quod appellatur terra rubea ponderosa idest vitriol. salis nitri et Cynabris et ora perse in mortario metallico valde bene pista et postea super marmorem iterum tritura bene ut sit pulvis minutissimus. Tunc simul omnia in corpora do nec species videlicet sunt tote rubee per Cynabrium. Tunc separa eas in duas partes et sic erit pro qualibet parte eius ℥ 12. Et ponas eas in duobus urinalibus vitri et habeas alembicos amplos quod intrent in urinali per tres, aut quatuor digitos cum ore, et collo alembic quod est appositum aliaz distillationum quia oportet, quod Botia, aut urinale intret in alembico per duos digitos aut

aut tres semmas in distillatione aque ar
dentis; et in hac aqua officium fieri opor
tet [illegible] q alembicus intret in urinal
per tres digitos ut dictum est in collo
et collum alembici debet esse largum
et rotundum ad formam oris urinalis
sed non ita amplum ratio est, ut pos
sit intrare rotundum circa collum tan
tum quantum intrat in urinale debes
lutare illud cum sapientie ipso luto per
rimas minor ad spissitudinem medii digiti
vel unius schene cutelli, et minus quo
quantum minus ponitur tanto melius,
sed nihil oportet ponere tantum quod
adimpleantur infra collum alembici
et urinalis quatenus bene insimul
coniungantur et bene lutentur, ne spiritus
aque exhalent ullo modo. Luto autem posi
to et bene lutato alembico cum urinali

supra, et super corpus alembici ad spis-
situdinem unius digiti, et hoc propter
fortitudinem spiritus aque, qui nimis
exhalant nisi bene obturentur, et valde
bene lutentur, et dissiccari permittantur
ad umbram per diem unum, et postea ad
solem per aliud diem, et cum desiccatum fu-
erit ponatur in furno distillationis
in cineribus, et nota bene ut cineres deq̄
sint sub fundo urinalis ad spissitudi-
nem unius digiti, et non plus, et similiter
circum circa urinale usque prope latus
per unum digitum, vel minus, sed cave
ne sit nullo modo cineres tangant
fundum quia cremarent spiritum. Tu autem
caveas in imponendo cineres quod cum teres
cineres simul bene mastando circum-
circa urinale adeo ut sint bene spisse
et firme quia tunc respondent melius

calorem

calorem. sed caveas, ut nullo modo in fundo urinalis sint cineres nisi ad grossitudinem unius digiti, ut semper dixi tibi, et non plus, et hoc in omni distillatione cinerum saltem quando si distillares lapidem S.ti Thome in igne suavi in furno lampadis super creatione elementorum eius quia tunc non debes ponere cineres sub fundo bocie, nisi ad grossitudinem medij digiti, ut dicemus tibi postea cum docebimus te facere lapidem secundum S.tum Thomam de Aquino.

¶ Revertamur ergo ad distillationem aquarum florum quibus necesse est principale oppositum ad ignis.

Ergo postquam ut diximus posueris urinalia in cineribus in duobus fornis distillationum quia utrumque urinale vult suum fornum per se. Et furni debent esse unum prope alterum sub aliquo camino ut fumus

ascendat super caminum, tunc ponendus
est ignis paruorum carbonum in furnis
recte in medio subfundo urinalium, qui
ignis debet esse continuus, sed paruus ita
quod semper in omni hora ualeas tenere
manum in furno sine lesione caloris, et
cum isto paruo igne et temperato ca-
lore continuo per diem et noctem scilicet
per horas 24. coquando incipit distil
lare tunc separandum est flegma idest
prima aqua, que destillat, et uocatur
flegma quare nihil ualet, quousque ce-
ciderint quindecim, aut 20. guttae, uel
donec aqua distillans, et cadens super
laminam ferri, uel cultelli modicum
calidi bulliat et tingat laminam cul
telli, et tunc apponendum est recepta
culum cum corpore amplo et rotundo
et collo longo ac stricto, ut dictum est,
ut lutetur cum petijs lineis et bitumine
farine frumenti et ignis continuandus
est

est ita parvus, ut dictum est per horas 24.
Sed nota bene ut ignis sit recte in medio
furni sub cuculo urinali, ut pro fenestras senti
ant calorem, et distillent modicum post
modicum. Tertio quod facient ibi parvam
aquam, sed bonam, quae aqua quan
do fuerit completa si fuerit bene facta
erit coloris viridis.
Sed revertamur ad regimen ignis in quo
consistit tota perfectio huius benedicte
aquae, scias quod oportet te sepe reitegra
re hunc parvum ignem, et cum parvis
carbonibus per horas 24. ut sit continu
us, et lentus scilicet ut valeas semper tene
re manum in fumo in medio sub cuculo
urinalis sine lesione manuum, ergo
si non posses tenere manum in fumo
propter nimium calorem, tunc minuendus
esset ignis est faciendus valde parvus

sed continuus, ut dictum est, le[?] infine 24
horarum multiplicandus est ignis pau
latim modicum et non subito, quousque
multiplicatum sit in duplo vel quousque
alembicus incipit rubescere, et tunc
continuandus erit ignis in illo statu ut
sit valde continuus et non deficiat,
sed potius modicum augumentare
ut spiritus ascendat, qui faciunt
alembicum rubeum. Et si ignis deficie
ret etiam rubedo illa alembici defice
ret, et ideo melius est subito quando
alembicus incipit rubescere, facere i
gnem de parvis frustris ligni cum flama,
quia ignis flamae melius continuabitur
in uno statu quam ignis carbonum.
Sed nota bene quod iste primus ignis
flamae debet esse valde lentus sed con
tinuus quousque alembicus rubescat, et quo
cito desinit rubescere statim augumento

ignem. Etenim totum arcanum huius benedicte aque consistit in isto puncto, ut non debias desinere subtrem alembici hoc est ut statim cum subesere ceperit scias continuare ignem tem modicum et non subito subito sed paulatim et hoc continuandum est usque quo est possibile alembicus subesset igne tunc ipsas ascendant in quibus consistit virtus aque sed in isto quod alembicus desinet subesere. statim multiplicandus est ignis cum fortibus frustis lignorum et cum magna flamma ut partes grossiores aque ascendant in alembicum et cum isto igne continuandum est per sex horas vel donec alembicus totus fit niger quia tunc completa est aqua benedicta nostra que debet esse quasi viridis et valde pauca. Et nota bene

quod hec aqua ad minus quod possibile est uult ignem semper continuum 24
36 horas uel per duos dies, et a 'aran noc tem ut dictum est superius, et transfire com plementi aque, quod nihil amplius distillat, subito cum aqua calida et petijs lineis balneatis in ipsa aqua calida si uolueas circum circa lutum re ceptaculi et permittas stare modicum, et postea iterum balnea, ut petie luti be mollificentur, quod ualeas eas ex trahere, et subito etiam extrahas re ceptacula cum aqua, et ea aquam tam cito super infunde super la pidem tuum quem soluere cupis:
(Et nota hoc signum quando aqua fuerit perfecta et bene facta quando eam proicies super lapidem quem solue re cupis totum receptaculum in quo erat aqua ueniet ruben 24

potentiam spiritus aque, et tunc signum est, quod perfectum est aque. Et ideo si cautus sis, et velox, adcito ponendum aquas si due sunt, aut quatuor vel unam post aliam super materiam tuam, vitro obturando vas cum ante notorio super posito, et bene lutando cum luto farine frumenti, et pecijs lineis, ut dictum est, et hoc ut spus aque non exhalent, quia cito fugiunt, et tunc desiccari permitte adumbram per diem, ac noctem, et postea involvas corpus vasis ubi est aque cum aliquibus pecijs, aut pannis, et pone ad solem, ut sol tangat lutum, et desiccet ipsum, sed nd tangat corpus vasis ubi est aque ascenderet, et penetraret lutum molem, quia adhuc ndest desiccatum, et induratum. Et ideo cavendum est quia spus aque exalarent per potentiam suam. Cum

bene siccatum fuerit lutum superius incе
rabis cum cera et ferro calido, ut
dictum est et infimo equi bene calido
atq recondi per dies 30. solvetur
in aquam ut dictum est melius bal
neo mariæ. Et ecce quod nunc habes
modum et practicam distillandi et sol
vendi in opere lapidis Phylosophorum,
ut dictum est, sed ut omnia arcana
intelligas fili mi dilecte aliud aquа
te docere intendo.

¶ Practica alterius aque dissolutivæ
pro lapide, que est potentior
precedente ad solvendum aurum
pro lapide.

21 Si autem hec aqua quam te facere docui
mus in precedentibus non solveret
tibi aurum quod est fermentum lapidis
ad rubeum, tunc fac aquam de vitriolo
bene claro et lucido et de salnitro similiter

bene

bene claro et lucido et de tale armonia
in Christallino et pulerior, quia est
fortior aqua mundi ad solvendum et
penetrandum, unde corpus metallicum et
duobus modis fieri pot. i. in urina
libres primo ut dictum est, de alia
aqua Phor. in alio modo in Erobia
tiori magna, ut fiat aqua in maiori
quantitate ut faciunt magistri qui
separant aurum ab arg.to Lordeo si esset
Venetijs aut Florentia seu in alia, qua
uis magna civitate ubi separatur
aurum ab argento consulo tibi, ut emas
abipsis onc. unam auri fini soluti in
aquam et onc. una argenti finj soluti
in aquam et sic quolibet perse in
ampholam vitri bene clausa et sigilla
ta quas ampholas pones in putrefac
tione per die 40 et postea similiter quo
libet perse in balneo mariae distillato

sed in alio uase uitri, ut cum bocia lar
ga inore, quasi ueluti orinalis ut
sepius est dictum, et cum aqua ab eis
distillata separato flegmate ab ea, si
militer solue et calcinatam aliam quã
tratem solis et lune ad constituen
dum tibi caudam Draconis pro lapi
de tuo quartam partem tibi dandi
quia sic datur, postq distillata est
aqua ab argento et auro, tunc habes
aurum et argentum congelatum in
balneo marie et tenere calcinatum,
quia ipsa est nobilior calcinatio
omnibus alijs calcinationibus pręs
in prin.º huius libri. Et tunc aurum
et argentum sic calcinatum teneas,
et citius soluetur cum aqua ♁ xyloto ♀ flos
Ergo in nomine domini fac aquam
fortem ♁ ♁ uor superius datum de uitri
olo bene uiridi claro et lucido, et de

de cynabrio bene ponderoso an de sin
gulis his tribus operibus, sed nota
bene hoc verbum aqua est magne
importantie ut sed nullo modo unq
ponas in aliquo urinal ad facien=
dam hanc aquam preter plusq 12.
on specierum hoc est on 4. de quali
spec. loci ponens non tibi on 3.
de singulis spebus quod erit on 9.
pro quoli urinal ad huc melior et
potentior erit aqua, quia ignis me
lius ascendit sed aqua est valde
pauca, et ideo oportet laborare cum
pluribus urinalibus et facere bonam
quantitatem aque, quia quelibet drag
ma tun calcinati ad hoc ut soluatur
bene vult duas aquas, et una on.
auri calcinati ad hoc ut soluatur in
aquam vult libras duas aque. Ergo
In nomine Domini cum predicto

aqua ph[ilosoph]or[um] solue aurum tuum et ar
gentum tuum in aquam clarissimam
sine aliqua residentia, et p[rae]fatas
aquas simul iunge, et tunc fiet uer[um]
matrimonium ph[ilosoph]or[um] [inter] masculi et
femine. Et ita simul communicas.
aquas in balneo mariæ ut dictum est
distillo et habebis lapidem congelatu[m].
et postea ponas in alio uase vitri
cum collo longo, et additione ad mer
suram unius pedis communis in lon
gitudine, sed corpus sit rotundum,
ut est luna, et magnum ad quanti
tatem lapidis in duplo u[el] quod quan
do lapis est in corpore uasis, non sie
nisi medium, aut minus et tunc sigil
landum est uas cum arte notorio in
tus posito, et bene lutato et incinato.
Et tunc ponendum est putrefactione
p[er] dies 40. ut soluatur in oleum, et
et s

iterum congeletur in lapidem super
cineres calidas et hoc quater reitera.
Et hoc potter da tibi adbibendum quar
tam partem sui ponderis de cauda
draconis, que cauda sic constituitur.

Modus faciendi caudam dra
conis pro lapide.

2a Solue aliquam quantitatem auri fini sub
tiliter foliati; uel minutissime limati in
prima aqua salias armoniaci, quam dis
tillasti ab auro et argento prima uice et
eodem modo calcina ut fecisti primum
aurum. Et cum secunda aqua flor. qua
distillasti a lapide tuo separato prius
flegmate solue istud secundum aurum
calcinatum et ita soluto imbibe eodem lapi
dem tuum modo isto post quartam con
gelationem lapidis, iterum solue ipsum,
quo soluto da sibi quartam partem

mi ponderis de isto secundo auro so
luto imagar ad bibendum, et uase be
ne obturato per dies 8. pone igitur
in putrefactione, et postea sa per
cineres congela, et sic procede da
do sibi quartam partem sue caude
Draconis ut continetur in opere lapidis
~ Sed revertamur ad primum pro
positum nostrum ℞ distillandi aqua
salis armoniaci et scias quod Ma
gistri qui separant aurum ab argen
to faciunt aquam suam ad soluendum
argentum de sale nitro et allumine
Rocce ad soluendum aurum de sale ni
tro allumine rocce et sale armoniaco
eosdem fili mi facias tibi facere a
quam tuam de uitriolo loco alluminis
rocce, quia allumen rocce nihil ualet
in opere lapidis. Vitriolum autem

multum

multum valet, quia et Pater retinere, et
ipse retinet tincturam. Sed si esses in
loco ubi non essent Magistri separatio
nis auri, ab argento, facias tu ipse
aquam modo isto ℞ Accipe salar
moniacum et in mortario metallico valde
bene pista et postea super marmore
iterum bene tritum ut fiat pulvis,
et similr̃ fac de vitriolo et salen. tri,
et sit par pondus ãn de singulis et
pone in botia magno cum collo longo
per medium palmum et amplo, et lar
go inore quatuor digitis et botia nō
sit plena sp̃ez sed media et non plus
et super ponas alembicum valde amplū
ut spiritus, idest fumi descendant in
recipientem et Botia intret in corpore
Alembici per duos digitos et non plus

et bene attribuetur, et bene lutetur, cu

luto fanne, vitri, quia oportet tibi

dare magnum ignem in fine, sed ut

tis cautus in regimine ignis, quia

oportet ponere magnum recipientem

ad recipiendum aquam istam et nullo

modo debes eum lutare, aut obturare

cum aliquo re quouis videris fumos

albos et grisios ascendere in alembico

et descendere in recipientem, et exire

per os recipientis et exalare per im

petum eorum magnum; nam si recep

taculum esset obturatum, aut lutatum

cum nato alembici aut spus non ex

halaret, tunc fumi propter potentiam,

et acuitatem salis ar.ci frangerent

alembicum et totum opus perderetur,

de hoc expertus loquor, quia sic mi

hi euenit in prima uice, quia distillam

